



In simulachrum Spei.

Quæ Dea tam leto suspectans sidera vultus?
 Cuius penniculis reddita imago fuit.
 Elpidii fecere manus, ego nōminor illa,
 Quæ miseris promptam Spes bona præstat opē.
 Cur uiridis tibi Palla? quōd omnia me duce uernēt,
 Quid manibus mortis tela refracta geris?
 Quod uiuos sperare decet, præcido sepultis,
 Cur in dolioli tegmine pigra sedes?
 Sola domi mansi uolitantibus undique noxis,
 Ascræi ut docuit musa uerenda senis.
 Quæ tibi adest uolucris? Cornix fidiſſimus oscen,
 Est bene cū nequeat dicere, dicit erit.
 Qui comites? bonus Euentus, præcepsq; Cupido,
 Qui præcunt, uigilum somnia uana uocant,
 Quæ tibi iuncta astat, scelerum Rhamnusia uindex,
 Scilicet ut speres nil nisi quod liceat,

F ij